

intendit petitionem mulieris elidi: [Et infra a.] Inquisitione tua taliter duximus respondendum, quod cum exceptione probata questio principalis perimatur, ante est cognoscendum de ipsa, quam ad definitionis articulum procedatur: quo facto virum ab impetitione mulieris, prout expofcit ratio juris, abfolvas.

II. INNOCENTIUS III. Episcopo Narnanenfi c. 3. [c. an. 1206. Romam Umbriam.]

Si res contra actorem spoliatorem spoliationem opponit; aut excipiendo, & tunc prius audiat, & ea probata, respondere non cogitur: sed per hoc non restituitur: aut agendo, & tunc simul utraque questio terminatur, & ea probata restituitur.

Cum dilectus filius Abbas de Ferentino, de nobilibus viris Dominis de Arnone depoluerit questionem, quod manu armata, & cum exercitu ad castrum Monasterii venientes, in pradis animalium & aliis damnificare dictum cenobium prefumpserunt: de quibus iustitiam sibi fieri postulabat. Et citra lites contestationem sub forma exceptionis fuit ex adverso responsum, quod per ipsos dolus & violentiam adverfo Sirati amiserant: quod & progenitores eorum tenuerant, & ipsi possederant in quiete: sibi petentes prius restitui, quam petitionibus ipsius responderent, praesertim cum testes haberent presentes, per quos intentionem suam incontinenti probare volebant. Verum ex parte Abbatis fuit taliter replicatum, quod ab eo restituitio peti non poterat, qui non fuerat spoliator, praesertim cum dictum castrum ad jus & proprietatem sui Monasterii pertinere, quod etiam pars adversa nullatenus denegabat; unde & verus Dominus, ad quem ab alio res sua possessa revertitur etiam post tempora longiora retentionis debebat commodum obtinere: & iudicium restitutorium contra spoliatorem tantum competere dignoscitur: [Et infra a.] Nos autem distinguendum esse credimus, utrum spoliationis questio ab eisdem nobilibus sit obiecta in modum actionis ad restitutionem petendam, an in forma exceptionis ad intentionem adversarii repellendam. Cum ea in modum actionis proposita, intelligantur mutuae petitiones sese tanquam diversae minime contingentes: ac per hoc iuxta regulam juris, qua dicitur, Qui prior appellat, prior agat, quae prius esset proposita, prius foret tractanda, quantum in idem iudicium ambae deductae, vicissimque tractatae, simul essent eadem sententia terminandae. Sed quoniam questio illa fuit ab eisdem nobilibus tantum in modum exceptionis obiecta, interloquendo pronunciamus, ut probationes eorum super ipsa exceptione primitus audirentur, & ea probata legitime, Abbati non cogentur respondere super petitionibus memoratis, donec restituerentur ab ipso: cum spoliatori spoliatum ante restitutionem non cogatur ullatenus respondere.

§. 1. Verum spoliatione in modum exceptionis tantum probata, non est per hoc restituitio facienda. Quemadmodum si in modum exceptionis aliquod crimen testi obicitur, ut a testimonio repellatur, est crimen contra eum civiliter probandum fuerit, non ideo sibi pena infligatur ordinaria, sed eius dumtaxat testimonio non creditur: quod ea ratione contingit, quoniam in ipsum accusatum non procedit. Testes etiam, quorum testimonium reprobatur, inter infames quasi ex falso testimonio non habentur.

[a] Pro damnis quoque illatis restituitio postulari non poterat, sed ad eandem debebat actio competens intentari, aliquo cum etiam pars Abbatis damna gravissima sibi quereretur illata, prius restituenda fuerant, si propter huiusmodi esset restituitio facienda secundum tenorem regule memoratae. Capitula quoque de restitutione facienda, in quibus locum habere in criminalibus asserunt: & quando quis ab adversario spoliatum, & super re ipsa qua spoliatum est, convenitur. Ceterum ex parte Abbatis regulam introducit adversa pars in mutuis petitionibus locum habere dicebat, cum causae vicissim tractatae una postea sententia terminantur. Cum vero pars aliqua peti restituitio, vel aliquid sibi deberi proponit, & altera in modum exceptionis se asserit spoliatam, nec ante restitutionem suam nullatenus responsuram, de incidenti prius asserbat antea cognoscendum. Cum autem quae praevidentur & alia quadam praedicti Cardinali nobis & fratribus nostris, fideliter retulissent.

§. 1. Prior appellat. Ex l. 29. ff. de iudic. §. 2. Quemadmodum, &c. Ex l. Titius, ff. de iis qui notantur infamia.

III. HONORIUS Ludovico Regi Francorum. [c. an. 1214. Romam Galliam.]

Petenti hereditatem, obstat exceptio natiuitatis, quae prius debet coram Ecclesiastico Iudice terminari. Hoc dicit secundum glossam intelligendo, quod hic erat

al. Narmenf. al. Novatienfi. al. Varicenf. al. Marin.

al. Cap. 1. eod. tit. in 111. Compil. al. Arnone.

prius coram Iudice seculari petita hereditas, & exceptum fuit de illegitimitate.

Tuam non credimus latere prudentiam, causam natalium Reginae Cypri ad examen nostrum, utpote, quae ad forum Ecclesiasticum pertinet, esse delatam. [Et infra a.] Quia vero antequam natalium causa terminata esset, dependentem ex illa successione causam incipere, nihil aliud esset, quam diversis processibus intricare negotium, & confusione quadam iudicii ordinem perturbare: si forte ab ipsa Regina fueris super hoc requisitus, donec jam dicta causa natalium Apostolico iudicio finem acceperit, patienter expectes.

[a] Unde clara me. Philippina Regem Francorum patrem tuum literis nostris curavimus praeconare, ut si forsitan in Regina ipsa super successione Comitatus Campaniae, quae in illa causa natalium ex qua illa noscitur dependere. Licet igitur sicut eidem patri tuo scripsimus, velimus Regiam ipsam in suis iustis petitionibus exaudiri.

§. 1. PITH. Ludovico. VII. Regi Francorum. Illustri. Vide Joinvill. 10. 11. Villan. lib. 4. cap. 54. Vigner. tom. 3. pag. 191. & 204.

§. 2. Tuam non credimus. Ex 5. Collect. cap. 1. & 7. qui fil. sint legitimi. Aaliz illustri Reginae Cypri. [a] Esse delatam. Addit V. C. jam dudum. [b] Terminata esset. V. C. terminata sit. [c] Perturbare. Addit V. C. tuam quoque serenitatem praeconandam duximus & rogandam quaerimus, &c. [d] Ab ipsa Regina. Addit V. C. vel eius nuntio, seu quolibet alio. [e] Requisitus. Addit V. C. eorum precibus. [f] Patienter expectes. V. C. aures Regis non inclines.

IV. GREGORIUS IX. [c. an. 1235. Romae.]

Agens possessorio recuperande, non tenetur ante restitutionem suis spoliatoribus, nisi super questione spoliationis, respondere: potest tamen ab agendo repelli per exceptionem spoliationis. Hoc dicit.

Super spoliatione conventus, adversus restitutionem petentem non est; nisi super questione spoliationis, si eum reconveniat audiendus; cum restitutionis in hoc privilegiata noscatur, ut ipsam intentans non cogatur ante restitutionem spoliatoribus respondere. Quamquam ab agendo, spoliatione ab eis in modum exceptionis proposita, repellatur.

§. 1. Super spoliatione. l. ut. in fin. C. de Compensat.

DE PLUS PETITIONIBUS.

TITULUS XI.

I. GREGORIUS IX. [c. an. 1234. Roma.]

Ponit quatuor modos plus petendi, & penas plus petentium.

CONSILIUM providentiae dici non potest, quod pecuniam tibi debitam, ante terminum ab adversario repetisti: punire enim importunitas plus petentium agens. Insuper de si super petitione sua duxerit in iudicio persistendum; ita, quod qui repetit amplius sine causa, in expensis adversario condemnatur.

§. 1. Qui autem plus loco, ad interesse tenetur: Pro eo quod utilitas admittit debitoribus, quam habent si statuto loco solvissent.

§. 2. Ei vero, a quo amplius tempore petitur, iudiciae duplicantur: nec litem excipiet, nisi ei solvantur expensae.

§. 3. Te quoque dubitare non credimus, quod causa plus petitur, cum aliquid in genere vel sub alternatione debetur, & rem in specie, vel unum praecise peti contingit.

§. 4. Re autem, si x. sint debita, & xx. repetatur.

§. 5. Loco vero, cum quis non ubi convenit folgere, sed alibi convenitur.

§. 6. Tempore quoque, cum ante diem vel conditionem petitur quod debetur.

§. 7. PITH. Duxerit in iudicio persistendum. Post litem contestatam. Nam ante licet petitionem corrigere l. 3. C. de plus petit.

§. 8. Ita quod qui repetunt, &c. Ex Paulo lib. 1. sentent. §. 3. hodie. Insuper de exceptione.

DE CAUSA POSSESSIONIS ET PROPRIETATIS.

TITULUS XII.

I. GREGORIUS Duci Siciliae. [c. an. 1075. Romam in Sicilia.]

al. Felici Gregor. VII. Registri ind. 2. ep. 98. live 100.

Causa possessionis & proprietatis sub eodem Iudice terminari debet: nec contra absentem est pronuntiandum.

SUSCEPTIS: [Et infra a.] Legali provisione decretum est tam momenti, quam proprietatis causam, sub uno eodemque Iudice debere cognosci. Nec nos contra inauditam partem, liquidum possimus definire. [a] Magnitudinis vestrae Episcopalis consistorii sumus, &c. quae sunt impressa in registro Gregorii. [b] PITH. De causa possessionis & proprietatis. V. C. de Iudicio possessorio l. ordinarii. C. de rei vindicata. §. l. nulli. C. de Iudic.

II. CELESTINUS III. [c. an. 1195. Roma.]

Si actum est possessorio & petitorio, potest Iudex receptis probationibus super utroque, prius discutere probationes super possessorio, & illud terminare. Hoc dicit. AD ultimum interrogati sumus, si Iudices deputati, ut de possessione & proprietate cognoscant, gravibus partium sumptibus parere cupientes, de utraque commixtimum audiant allegationes, pariter & testes admittant: deinde prius audiant attestaciones de possessione, & pronuncient secundum tenorem illarum, utrum licet hoc agatur. Nos autem (cum hoc sit in Iure civili expressum) quod licet possint fieri respondemus. [a] PITH. De possessione & proprietate cognoscant. Symmachus lib. 10. Epist. 41. Constitutio Iudicibus tribuit copiam non import necessitatem ut quotiens de possessione iudicant, continuo, si casus tulerit, etiam de jure cognoscant.

III. INNOCENTIUS III. Archiepiscopo & Canonicis Sutrinis. [c. an. 1206. Romam in Trisciam.]

Si spoliatum possessorio & petitorio simul agens, possessionem & spoliationem probat, sed non dominium seu proprietatem, obtinet in possessorio: sed succumbit in petitorio.

Cum Ecclesia Sutrina Pastore vacaret, nos convenientes in unum, & sicut moris est Spiritu Sancti gratia invocata, Pastorem unanimiter elegimus, petentes ipsius electionem a Sede Apostolica confirmari. Verum Clerici Conventualium Ecclesiarum civitatis ejusdem, consequenter suam depoluerunt querelam, quod cum in Episcoporum electionibus ipsi praecedentes eorum consueverint interesse, vos eis renitentibus, & exclusis ad electionem procedere praesumpstis: quam ob non confirmari, sed infirmari potius postulabant. Partibus ergo apud Sed. Apost. constitutis, in Auditorum praesentia testes utrique producti fuerant: & eorum depolitionibus publicatis, pars Canoniorum per testes a se introductos intentionem suam (quod ad eos tantum spectaret electio) sufficienter dicebant esse probatam, parte Clericorum nihilominus asserente, quod per dicta testimonia, quae produxerant, & ipsi assertionem suam (quod electioni Pontificum interesse deberent) plenius probavissent: per quae constare dicebant eos electionibus trium Episcoporum (qui Ecclesiae Sutrinae ultimo & immediate praefuerunt, cum Canonicis Cathedralis Ecclesiae affuisse vocemque habuisse cum aliis eligendi. Nos igitur (quoniam deprehendimus testes vestros in perhibendis testimoniis variis extitisse, atque adversus fidem attestacionis suae coram Auditoribus vacillasse, & quod negativam quodammodo aliterere fatagebant, probare volentes jus electionis ita ad vos spectare, quod ad adversarios minime pertineret: per testes vero adversae partis fuit sufficienter ostensum, quod in trium Episcoporum electionibus de quibus praemissum est, Clerici praesentes affuerint, & vocem habuerint eligendi) praemissam electionem factam eis contradicentibus & exclusis decrevimus irritandam: Clericos saepe dictos in eam quasi possessionem (quam ante controversiam motam habuerant) reducentes. Verum quoniam in questione praedicta quicquid juris utraque pars in electione habebat, deductum in iudicium videbatur, cum Iure civili sit cautum, id venire in iudicium, non solum, de quo actum est ut veniret, sed id non venire, de quo nominatum actum est ne veniret: & secundum statuta Canonica electiones Episcoporum ad Cathedralium Ecclesiarum Clericos regulariter pertinere noscuntur, nisi alibi fecus obtineat de consuetudine specialis: nec ab eo quod Clerici antedicti se inter eligentes Sutrinis Episcopos probaverunt tertio extitisse, jus eligendi propter brevitate temporis usque ad praescriptionem legitimam non producti sibi acquirere poterant: & actore non probante, qui convenitur & si nihil praefertit, obtinebit: ab eorum impetitione super electionibus faciendis vos duximus abfolvendum, saepe dictis Ecclesiarum Clericis super hoc perpetuum silentium imponentes.

§. 1. Super spoliatione. l. ut. in fin. C. de Compensat.

DE PLUS PETITIONIBUS.

TITULUS XI.

I. GREGORIUS IX. [c. an. 1234. Roma.]

Ponit quatuor modos plus petendi, & penas plus petentium.

CONSILIUM providentiae dici non potest, quod pecuniam tibi debitam, ante terminum ab adversario repetisti: punire enim importunitas plus petentium agens. Insuper de si super petitione sua duxerit in iudicio persistendum; ita, quod qui repetit amplius sine causa, in expensis adversario condemnatur.

§. 1. Qui autem plus loco, ad interesse tenetur: Pro eo quod utilitas admittit debitoribus, quam habent si statuto loco solvissent.

§. 2. Ei vero, a quo amplius tempore petitur, iudiciae duplicantur: nec litem excipiet, nisi ei solvantur expensae.

§. 3. Te quoque dubitare non credimus, quod causa plus petitur, cum aliquid in genere vel sub alternatione debetur, & rem in specie, vel unum praecise peti contingit.

§. 4. Re autem, si x. sint debita, & xx. repetatur.

§. 5. Loco vero, cum quis non ubi convenit folgere, sed alibi convenitur.

§. 6. Tempore quoque, cum ante diem vel conditionem petitur quod debetur.

§. 7. PITH. Duxerit in iudicio persistendum. Post litem contestatam. Nam ante licet petitionem corrigere l. 3. C. de plus petit.

§. 8. Ita quod qui repetunt, &c. Ex Paulo lib. 1. sentent. §. 3. hodie. Insuper de exceptione.

DE CAUSA POSSESSIONIS ET PROPRIETATIS.

TITULUS XII.

I. GREGORIUS Duci Siciliae. [c. an. 1075. Romam in Sicilia.]

IV. IDEM Canonicis de Bethlehem. [c. an. 1206. Romam in Palaestina.]

Idem dicit, quoad intellectum, quod decretalis supra proxima. CUM super electione Bethlehemitum Ecclesiae inter R. Subdiaconum nostrum, & P. Canonicum Sepulchri Dominici quaelibet verteretur, utroque se pro electo gerente, cum praefatus Subdiaconus, a Patriarcha Hierosolym. fuerit confirmatus: [Et infra a.] Eum qui se probaverat per secularem potentiam spoliatum, restituendum decrevimus, iustitia mediante. Verum quoniam tam possessorium, quam petitorium deductum fuerat in iudicium, & tam restitutionis, quam electionis questio plenius agitata, & constitit nobis electionem utriusque minus Canonice extitisse (cum Iudex, de qua re cognoverit, pronunciare debet) utramque duximus sententialiter irritandam.

[a] Alter vero favorem Regium obtineret, eis dil. f. p. Basilicae 12. Apostolorum. I. tit. f. Stephani in monte Celio Presbyteros, & G. S. Mariae in porticu Diac. Card. de dimis Auditores. In quorum praesentia receptis utrinque testibus, & eorum depolitionibus publicatis, quae hinc inde allegata fuerunt, nobis & fratribus nostris retulerunt fideliter & prudenter. Nos vero tam per relationes Cardinalium, quam per gesta de causa meritis sufficienter instructi, communicato fratrum nostrorum consilio, iamdudum sub. R. [b] PITH. Cum super electione. Junge cap. 2. infra. de Confess. Extat in 1. collect. Decretalium Innoc. III. a Rainerio compos. tit. 27. [c] Cum Iudex. Ex l. 74. ff. de Iudic. [d] Favorem Regium. Guidonis Regis VIII. & ultimi Hierosolymitani.

V. IDEM Episcopo Noviniensi. [c. an. 1204. Romam in Galliam.]

Qui agit de proprietate, ante conclusionem causae possessorio adipiscenda vel recuperanda agere potest: post conclusionem vero, & ante sententiam hoc non potest, nisi iuxta causam subsistat. PASTORALIS officii: [Et infra a.] Sane (sicut intimasti) contingit aliquando, ut cum is, qui se aliter spoliatum, suum trahit spoliatorem in causam, inter ipsa juris auspicia requisitus, quo malit experiri iudicio, litem proprietatis ingreditur, de illata sibi violentia nullam faciens mentionem: cum autem fuerit in causa processum, novum iudicium super possessorio nititur inchoare: [Et infra a.] Consultationi tuae taliter respondebimus, quod possessorio quidem iudicio, quod de recuperanda seu adipiscenda possessione proponitur antequam renunciatum sit, aut conclusum in proprietatis iudicio primitus inferatur, ab eo, qui rem cepit vindicare, cum legali sit provisione statutum, cum, qui fundum vendidit, ab eo, cum quo interdictio unde vi, potuit vindicari, pendente iudicio interdictum posse nihilominus intentare: alius possessoris iudicium in suo robore duraturus, quae vindicationem domini sua natura praecedunt. Si vero renunciatum fuerit vel conclusum, ut iam possit causa proprietatis definitivae sententiae calculo terminari, (ne lites litibus incoherent, & via possit fraudibus aperiri) causa non decisa, possessorio non erit utendum: nisi Iudex, qui de causa cognoscit, hoc ipsum ex iusta causa viderit expedire: puta cum ex persequendo iudicium facile arguitur iniquitas invasoris, & spoliatum, casu seu malitia, probandi dominium subtraxerit facultatem. His igitur & aliis causis inspectis (quae continent aequitatem, aut iuste moverint animum iudicantis) postquam etiam conclusum fuerit, posse agi possessorio iudicio non negamus.

[a] Debitum sollicita mente prosequeris cum iustitia & zelo succensus super dubiis juris articulis per Ap. Se. oraculum a qua tua pendet jurisdictionis auctoritas, responsum humiliter expectis & devotus expectas, ne forte nova oppositio varietas aut juris expostio variis novitate distincta, non juris effectum pariat, sed iustitia defectum potius inducat. [b] Quod non videtur possessorio renuntiare iudicio qui rem cepit vindicare. Ex adverso restituit, qui dum querelam proprietatis sponte praeposuit, praedictum sibi fecit in questione possessionis, quae secundum ordinem juris prius proponi potuit, & debuit terminari: quid igitur in his statuendum sit tua f. requisivisti. Nos autem. [c] PITH. Episcopo Noviniensi. Noviniensi, Extat lib. 5. epist. 40. [d] Renunciatum sit aut conclusum. Ex Novella de testib. §. ult. ff. de test. & si armata, &c. cap. 36. infra. de testib. [e] Ex persequendo iudicium. Ex l. dolum. C. de dolo. [f] Quod non videtur, &c. Ex l. 12. §. nihil commune, ff. de acquirenda. posses. qui §. loquitur de interdicto uti possidetis, quod est retinenda.

VI. IDEM Episcopo sancti Andreae.

Si petitorio & possessorio simul est actum, una sententia terminatur & amittitur possessorium in terminando: sed in exequendo praecolat petitorium.

CUM dilectus: & infra. Ad quartum breviter respondeamus, quod cum super possessorio & petitorio simul est

Cap. 4. eod. tit. in 111. Compil.

Cap. 3. eod. tit. in 111. Compil.

Vide l. dolum, cum gloss. 1. & nos. C. de domat.

Cap. 4. eod. tit. in 111. Compil.

Cap. 4. eod. tit. in 111. Compil.

Cap. 4. eod. tit. in 111. Compil.

Cap. 4. eod. tit. in 111. Compil.

Cap. 4. eod. tit. in 111. Compil.

Cap. 4. eod. tit. in 111. Compil.

Cap. 4. eod. tit. in 111. Compil.

Cap. 4. eod. tit. in 111. Compil.

Cap. 4. eod. tit. in 111. Compil.

Cap. 4. eod. tit. in 111. Compil.

Cap. 4. eod. tit. in 111. Compil.

Cap. 4. eod. tit. in 111. Compil.

Cap. 4. eod. tit. in 111. Compil.

Cap. 4. eod. tit. in 111. Compil.

Cap. 4. eod. tit. in 111. Compil.

Cap. 4. eod. tit. in 111. Compil.